

riam Mosaicam, vel pertinent ad cæremonias. Illa siquidem in solidum sunt sublata.

17. *An l. x. cæremonialis adhuc duret?*

N. Illa siquidem antiquata est ipso jure per mortem Christi, & ipso facto per euersionem Hierosolymorum.

18. *An in N. T. nulla prorsus cæremonia locum habeant?* Cæremonia Leuiticæ sunt antiquatæ: cæremonia à Christo institutæ in baptisimi & S. Cœnæ administratione, sunt necessariae: cæremonia ecclesiastica sunt adiaphoræ.

CAPVT XXI.

De Magistratu Politico.

I.

AN magistratus sit à Deo? A. Est enim Ordo, cujus author in vniuersum est Deus.

2. *Quotuplex sit legitimus magistratus?* Politicus, ecclesiasticus, & scholasticus. Et ex his alius est summus, alius inferior.

3. *Quot sint formæ gerendi magistratum?* Tres: monarchia, aristocratia, & democratia. Hæ autem formæ simplices vtut multis modis misceantur, tamen à potiori recte fit denominatio.

4. *An*